



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte**

Worinnen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, biß zum völligen Schluß des ...

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover ; Tübingen, 1737**

N. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51734)

Aus seiner ersten Ehe, welche Er mit Anna, D. Jacobi *Wilbelmi*, Stadt Schweinfurthischen Raths-Consulentens hinterlassener Wittib, Anno 1628. eingieng, erlebte Er 7. Kinder, 32. Enckel, und 8. Uhr-Enckel. Die zweyte Ehe vollzog Er Anno 1667. den 13. Jun. mit *Margaretha*, Georgii Andreae Dienstens, Burgermeisters in des Heil. Reichs Stadt Windsheim, Tochter. Anno 1630. wurde Er zu Schweinfurt in den Rath und Zusatz, durch ordentliche Wahl gezogen, hernach aber Anno 1633. bey der gewöhnlichen solennen Lucia-Wahl, zum Raths- und Stadt-Consulenten daselbst bestellt, welche Function derselbe in die 50. Jahre lang, bey denen gefährlichsten Kriegs- und Sterbens Läuften, mit grosser Geschicklich- und Redlichkeit verwaltet: massen er auch als Gesandter der Reichs Stadt Schweinfurt, auf dem Friedens-*Executions-Convent* zu Nürnberg sich mit befunden. Seine grosse Geschicklichkeit erwarb Ihm nicht weniger, bey Fremdden einen Namen, dahero Er von mehr andern Ständen in Bestallung genommen wurde: Gestalten Er der Gefürsteten Graffschafft Henneberg, ingleichen dem Gräfflichen Haus Castell, nicht minder beyden Eddlichen Reichs unmittelbaren Fränckischen Ritter-Orden Rhön-Werra und Steigerwald, wie auch beyden Eddl. Reichs-Städten Rotenburg und Windsheim, als bestellter Rath und Advocat bedient gewesen. In welchen Diensten Er, nach der in seinem Haus-Buch befundenen Verzeichniß 3414. Meilen auff Reisen an Kayserl. Königl. Chur- und Fürstl. Höfse verrichtet hat. Anno 1678. begieng Er sein Jubilæum Doctorale; deswegen Ihm von verschiedenen Univerſitäten schriftlich gratuliret worden. Endlich starb Er im 84. Jahr seines Alters den 8. Dec. Anno 1683. und ruhet annoch sein Gedächtniß zu Schweinfurt in vielem Seegen.

N. VI.

Des von der Reichs-Stadt Schwäbisch-Hall, auf den allgemeinen Friedens-Convent, und den nachhero gehaltenen Nürnbergischen-*Executions-Tag*, abgeordnet gewesenen Gesandten *Johann Philipp Schragmüllers*, Lebens-Umstände, sind in dem von der Univerſitat Heidelberg, bey dessen Absterben gefertigten Programmate, also angeführet: *Vir Nobilissimus Amplissimus & Consultissimus DOM. IOHANNES PHILIPPUS SCHRAGMÜLLERUS, ICTus, Illustriss. Comit. in Hobenlöe aliorumque Imperii Germanici Statuum, nec non Includæ & Imperialis Civitatis Suevo-Hallensis Consiliarius dexterrimus ac dignissimus, cujus causa stylum chartæ applicamus, natus est Lorbachi in Archi-Palatinatu Anno hujus Seculi XIV. Dominica Palmarum, Patre viro Nob. & Spectatissimo Dom. IOHANNE SCHRAGMÜLLERO, Archipræfecturæ Mosbacensis Pro-Præfecto & Cellario Lorbachensi, Matre vero ornatissima Matrona CLARA RIEDTIA. Horum consilio puer traditus est classicis Gymnasii Heidelbergensis Præceptoribus, quorum præcepta postquam avide hausisset, & humaniores literas probe percepisset, ad Academias concessit, primum Tubingensem, postea Argentoratensem, fecundas Musarum sedes. Utrobique nactus campum in omne artium ac literarum genus latissimo impetu excurrit, nec quicquam magis dedit operam, quam solidam eruditionem indueret animo, quam in Iurisprudencia cum primis consecutus est. Hinc fretus fiducia studiorum suorum Anno labentis Seculi XXXVIII. præviis solennibus examinibus ab Amplissimo Iure Consultorum Argentinensium ordine institutis, publicam pro Licentia & consequendis summis in utroque Iure honoribus (quibus quoque Anno XLI. donatus est) Disputationem habuit, locupletem quæsitæ eruditionis, diligentia & præstantis ingenii testem. Quemadmodum autem ignis ægre celari potest, sic inclaruere egregia, quibus pollebat, dotes. Oblata namque ipsi à Magnifico & Prudentissimo Magistratu Suevo-Hallensi Anno XLVII. sparta Consilarii, quam amplexus, eaque ad extremum vitæ halitum functus est tanta fide & industria, ut in plurimorum Imperii Magnatum noticiam, qui inde ejus operam sibi addici desiderarunt, pervenerit. Ad consilia namque adferebat animum sobrium & attentum, alios studiose ac patienter audiebat, disquirebat comiter siquid incidebat dubium, nec disputabat per rixam, quæ vera ducebat, constanter asserebat, quæ meliora disserebantur ab aliis, ingenue laudabat. Atque hæc rara erat animi ipsius moderatio, eximia nec non necessaria consultantium virtus. HINC NON SOLUM DIVERSIS LEGATIONIBUS AD DICTAS IMPERII VNIVERSALES ET CIRCULARES, SED ALIIS MAGNI MOMENTI NEGOTIIS FREQUENTISSIME ADHIBEBATUR, QUIBUS IN PARTIBUS*

ITA

ITA VERSABATUR, UT PRÆCLARUM SIBI COPARARET NOMEN. Talem se in vita reliqua gessit Vir Amplissimus, qualem decet hominem Christianum. Nam & publicis sacris interfuit diligenter, ususque sacra synaxi sapissime est, cultor summi Numinis humilis ac devotus. Anno c10 10 cXLI. exoptatissimo matrimonio junctus est cum electissima virgine MAGDALENA Viri Nob. & Clariss. Dn. NICOLAI FERBERI, *Græce Linguae in Argentinensi Academia Professoris Celeberrimi*, filia. Tulit ex ea liberos quatuor, CLARAM MAGDALENAM (\*) Nob. & Ampliss. Viri Dn. LUDOVICI DAVIDIS MÜLLERI (\*\*). I. V. L. Reip. Suevo-Hallensis Senatoris, Assessoris Tutelaris, Commissarii & Collectarum Quæstoris uxorem; IOH. NICOLAUM (\*\*\*) I. V. L. in eadem Rep. Senatorem Ampliss. *Præfectum* trans Bühleram, & *rei salinariae Inspectorem*; PHILIPPUM PLEICHARDUM, Renovatorem, mortuum 1668. FRIDERICUM SEBASTIANUM Anno 1663. cum tertium decimum ætatis annum ageret, defunctum. Et cum dulcissimam hanc uxorem factorum violentia amisisset, ad secundos processit thalamos, adscita in connubium vidua viri Nobilissimi, Amplissimi & Excellentissimi, Dn. FELICIS LINSEMANNI, *Serenissimi Marchionis Badeno-Durlacensis Consilarii Aulici & senatus Ecclesiastici Directoris*, quæ liberis familiam non auxit. Et ut ad extrema tandem veniamus, corpus Dn. *Consilarii* partim laboribus, partim senio fractum, cui accessit ad biennium fere appetitus languidus, quem restaurare fategit acidulis Sualbacensibus, sed frustra. Viribus ergo exhaustus, cum Sualbaco redux, hac in urbe subsisteret, pauculis ante obitum diebus catharro apoplectico tentabatur, quo indies aggravescente, corporis actionibus sensim imminutis, fatalis obrepit dies, qui erat XXII. huius mensis. Exuviae Viri Excellentissimi cras componentur, & terræ in Templo Providentiæ mandabuntur. Vestrum erit *Emendatissimi civis Academici*, has exsequias cumulatissime prosequi. Id enim summa ejus virtus omnino postulat. P. P. HERDELBERGÆ DIE XXIV. JULII, STYL. GREGOR. Anno c10 10 cXXCVI.

(\*) In ipso Programmate *Magdalena* tantum excusum est nomen, *Clara* autem manus vetusta adscriptit.

(\*\*) Hic ante plures annos beate obiit, Quinquævir tandem factus, Consistorialis & Scholarcha; fuit senior toto in senatu.

(\*\*\*) Hic Consulis tandem, Consistorialis & Scholarchæ &c. munia nactus, & ipse jam diu beate mortuus est.

